

sis«, usque hodie nondum successit investigatoribus historiae aperire ac certum iudicium proferre⁸⁶.

Ipsi ejus sectatores nomen sibi imponunt: christiani, boni christiani, boni bosnenses, ecclesia bosnensis. Documenta vero officialia Curiae Romanae aequae atque notitiae de ipsis conservatae in ecclesia schismatica-orthodoxa in Serbia ponunt eos inter memoratas sectas dualisticas illius temporis, quae in Occidente et Oriente grassabant.⁸⁷ Dum e contra ex fontibus conservatis ipsi »ecclesiae bosnensi« propriis, qui apud illius sectatores in usu erant, nullatenus doctrina Patarenorum Occidentis vel Manichaeorum et Bogumilorum Orientis erui potest⁸⁸. Potius dicendum videtur hic agi de catholicis bosnensibus, qui, ob penuriam cleri bene edocti atque educati, nondum a prioris paganismi vitii liberati sub variis circumstantiis illius temporis, inter quas adnumerari possunt politicae fluctuationes ac pugna pro independentia, forsitan etiam de lingua liturgica paleoslava, paulatim a Romana Ecclesia elongantur, donec saeculo XII exeunte et prima medietate saeculi sequentis definitive ab obedientia Ecclesiae deficiant.⁸⁹

⁸⁶ Inter numerosos scriptores de haeresi bosnensis ecclesiae eminent R a č k i F., Bogomili i Patareni, Rad J. A., VII (1869), 84—179; VIII, 121—187 (altera editio in Posebna izdanja Srpske K. A., LXXXVII (1931), 337—599); Petranović B., Bogomili Crkva bosanska i krstjani, Zadar 1867; Glušac V., Srednjevjekovna »Bosanska crkva«, Beograd 1924; Šidak J., Problem »bosanske crkve« u našoj historiografiji od Petranovića do Gluša, Rad J. A., I, 116 (1937), 37—182. Doctor Šidak diligenti ac sagaci examine operum a Petranović usque Glušac de bosnensi ecclesia scriptorum demonstrat cum errorem eorum qui Bosnenses inter Patarenos adnumerarunt, cum illorum etiam qui in ipsis assecclas ecclesiae orthodoxae serbicae (schismatice) vident.

⁸⁷ Rački, o. c. VII, 128 ss; Šidak, o. c. 148 ss.

⁸⁸ Šidak, o. c. 117 ss, 122 ss, 134 ss, 165 sq.

⁸⁹ Šidak, o. c. 92—93, 142 sq. inter alia et haec scribit: »Etsi igitur scientia historica nondum adhuc sufficienti materia historica disponit pro elucubratione perfecti seu totalis conspectus de »ecclesia bosnensi«, ejus videlicet doctrina, ritibus et organizatione, tamen extra dubium est ipsam nihil commune habere cum quibuscumque haeresibus dualisticis, sed e contrario ipsam nullo alio differri a reliquis ecclesiis christianis, praesertim ecclesia orientali, nisi organizatione et agnitione supremae jurisdictionis«. Cfr. et Vego M., Povijest humske zemlje (Hercegovine), I, Samobor